



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 4. Franciscus I. Imperium aucupari intentus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

§. IV.

Sæcul. XVI.
A.C. 1519.*Franciscus I. imperium aucupari
cupidus.*

Jamjam vivente Maximiliano, quo sua vota tenderent, haud obscure indicabat Carolus; ejus tamen consilia certe non pauca, quæ intervenerant obstacula retardabant; semper enim Franciscus I. Galliarum Rex occultis artibus eidem adversabatur. Nec tamen propterea Carolus animum despondit, spe fretus, mortuo Cæsare magis expeditam fore semitam ad imperii coronam, quam tamen adhuc difficiliorem experiri cogebatur; Belcar. lib. 16 n. 9. quippe Franciscus I. jam aperte Caroli Raynald. ad ann. 1519. juribus oblectatus, se ejus æmulum declarabat, utque eligentium suffragia ad se pertraheret, Francofordiam, ubi electio fieret, Bonnivetum ablegabat, dato negotio, ut S. I. Electoribus quadringenta aureorum millia offerret. n. 7.

§. V.

Rationes pro Galliarum Rege.

Eo tempore Carolus adhuc in Hispania hærebat, Franciscus vero, cum magis vicinus esset, maturando negotio aptior erat, ejusque consiliis multæ rerum vicissitudines favere videbantur: Præclara enim fortitudinis suæ

D d 5 speci-